Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



188

rum facies exhilarantur in oleo · & illic spiritus sancti eternae uisione pinguescit · non autem fornicationis congruit peccatoribus derelinquentib. legem dni 7

MEMORES to uerbi tui seruo tuo · in quo mihi spem dedisti 7

Hec me consolata est inhumilitate mea · quia eloquium tuum uiuificauit me 7

Superbi inique agebant usque quaque · a lege autem tua non declinaui 7

Memor fui iudiciorum tuorum a seculo dne · & consolatus sum 7

Defectio tenuit me pre peccatoribus · derelinquentibus legem tuam 7

Cantabiles mihi erant

Ex humana consuetudine memor esto dicitur dō · qui nihil potest ullatenus obliuisci · non quia dignum erat illa maiestate ponere iniuriam obliuionis · Sed precatur ut cito seruo suo conferat promissionem quam in euangelio promisit 7 Beati quilugent quō ipsi consolabuntur 7 Seruo tuo · subaudiendum Imple promissum · In quo mihi · In illa scilicet promissione uerbi tui spem dedisti 7

Superbos · id est malignos · atq; tyrannos · crudeliter egisse commemorat · quinon uiuificandi · sed potius mortificandi sunt 7 a lege tua non declinaui · scilicet ut illi putabant qui persequebantur innoxios 7 sed sigt · se inuerbatis mansisse iugiter sententia 7

Necesse est enim · ut scm uirum alterius culpa contristet · et se dolore defecisse dicat · dum animos desiderat saluos fieri uniuersos 7

Nam cum dicit haec me consolata est · ostendit inter erumnas sueculi · hoc sibi fuisse solacii · ut in praesenti uita afflig eretur · et de futura promissione gauderet 7 In humilitate · quia sca probatur humilitas omnia pro xpo patienter sustinere 7 et spes consolationis · uiuificabit afflictum 7

Memor erit iudicio rum · qui plectabilia non presumit perpetrare peccata 7 a sueculo · significat cum administrare ceptus est mundus 7 Consolatus sum · quia numquam deserit suos famulos diuina uirtus 7

Cantabiles · significat psalmodiam cum magna delectatione peragendam 7 Cantus eni.